





**IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic
Sciences
Corporation**

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

1.5
1.8
2.0
2.2
2.5
2.8
3.2
3.6
4.0

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

1.0
1.2
1.5
1.8
2.0
2.2
2.5
2.8
3.2
3.6
4.0

© 1987

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/
Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Seminary of Quebec
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol \rightarrow (meaning "CONTINUED"), or the symbol ∇ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole \rightarrow signifie "A SUIVRE", le symbole ∇ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

78

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

Æno ac Rño Domino

CARD. LUCIDO MARIA PAROCCHI

RELATORE

QUEBECEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

FRANCISCI DE MONTMORENCY LAVAL

PRIMI EPISCOPI QUEBECENSIS

POSITIO

Super Non-Cultu

Ex. B



ROMAE
TYPIS GUERRA ET MIRRI
1892

22 C-7

FR

An
c
n
U
e

1. C
V
s
l
r
s
c
t
r
e
C
i

QUEBECEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

FRANCISCI DE MONTMORENCY LAVAL

PRIMI EPISCOPI QUEBECENSIS

INFORMATIO

SUPER DUBIO

An sententia Judicis subdelegati ab E^mo ac R^{mo} Archiepiscopo Quebecensi super cultu praefato V.S.D. non exhibito, seu super partitione Decretis sa. me. Urbani Papae VIII. sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?

E^me ac R^{me} Domine

1. **S**ignata a SS^mo. hujus Causae Commissione die vigesima quarta mensis Septembris anni 1890 (1), solertissimus Causae Postulator paullo post, die scilicet vigesima sexta Novembris ejusdem anni, Remissoriales Litteras obtinuit pro conficiendo Apostolico Processu super cultu praefato V. S. D. nunquam exhibito (2), ut quam citius Deo favente, transitus fieri possit ad discussionem virtutum et miraculorum hujus Venerabilis Episcopi cujus eximia charitatis opera apud christifideles universae Canadensis regionis in benedictione sunt. Absoluto itaque hoc Apostolico Processu in Quebecensi Ar-

(1) *Summ. pag. 6 §. 2.*

(2) *Ibid. pag. 12 §. 4.*

chiepiscopali Curia, disputatio super partitione Decretis sa. me. Urbani VIII. de non-cultu editis hodie instituenda est. Ast pro more institutoque nostro, in primis de istius Processus validitate, deinde de ejusdem relevantia sermo erit.

DE PROCESSUS VALIDITATE



2. Tanta disciplina ac sedulitate juxta Remissoriales Litteras Processus hic confectus est, ut nihil certe amplius desiderari queat. Quebecensis enim Causae Postulator Rev. Dom. Thoma Stephanus Hamel, qui legitimo procurationis mandato pollebat (1), supplicem libellum hodierno Eñno ac Rñno Quebecensi Archiepiscopo Card. Taschereau porrexit, ad effectum construendi Apostolicum Processum super cultu nulloatenus exhibito Ven. Dei Famulo Francisco de Montemorency Laval primo Episcopo Quebecensi, juxta praescripta in Remissorialibus Litteris (2). Eñnus ac Rñnus praefatus Quebecensis Archiepiscopus, Iudex delegatus, supplicem Postulatoris libellum benigne excepit, sed ob gravia ac legitima quibus detinebatur impedimenta, subdelegavit ad hoc munus Rev. Dom. Cyrillum Alfredum Marois Vicarium suum generalem (3). Die hinc sexta mensis Aprilis anni 1891, coram Eñno ac Rñno Cardinali Archiepiscopo Quebecensi et Rev. Dom. Cyrillo Alfredo Marois Iudice subdelegato, praesentibus DD. Henrico Tetu Promotore Fiscali Archiepiscopalis Curiae Quebecensis, ac Notario de praemissis rogato, comparuit Rev. Causae Postulator constitutus, qui suum procurationis mandatum atque acceptum Archiepiscopi rescriptum exhibuit (4). Postmodum Eñnus ac

(1) *Summ. pag. 1. § 1.*

(2) *Ibid. pag. 2. § 1.*

(3) *Ibid. pag. 4. § 2.*

(4) *Ibid. pag. 26. § 2.*

Rñus Archiepiscopus Quebecensis plicum inspexit Litterarum Remissorialium et inspiciendum tradidit subdelegato Judici ac Promotori Fiscali; quem cum illaesum declarassent, recognito etiam sigillo Eñi Cardinalis Sacrae Rituum Congregationis Praefecti, idem Eñus ac Rñus Quebecensis Archiepiscopus illum tradidit praefato Notario aperiendum et legendum. Aperto plico, alter quidem repertus est Interrogatoriorum nempe R. P. D. Fidei Promotoris Romae, clausus sigillisque munitus, non aperiendus nisi in actu examinis (1). Perlectis deinde a Notario Remissorialibus Litteris, Eñus ac Rñus Card. Archiepiscopus confirmavit electionem et subdelegationem Rev. Dom. Cyrilli Alfredi Marois Vicarii sui generalis, qui hujusmodi munus obsequenter acceptans, praescriptum juramentum praestitit (2).

3. Rite autem recognite altero plico Litterarum R. P. D. Fidei Promotoris Romae, directis RR. DD. Promotori Fiscali Archiepiscopalis Curiae ac altero Jocto proboque viro ab Eñno et Pño Quebecensi Archiepiscopo eligendo, idem Archiepiscopus utenda facultate sibi tributa in externa ejusdem plici inscriptione, elegit in alterum Fidei Sub-Promotorem Rev. Dom. Carolum Gagnon Sub-Promotorem Fiscalem Archiepiscopalis Curiae Quebecensis, qui statim accessit advenit (3). Apertis autem a Notario iis Litteris et perlectis, praefatus RR. DD. Henricus Tetu Promotor Fiscalis Archiepiscopalis Curiae et Carolus Gagnon ejusdem Curiae Sub-Promotor Fiscalis, ambo in Fidei Sub-Promotores electi, munus suum acceptantes, juramentum praestiterunt (4). Postea Eñus ac Rñus Quebecensis Archiepiscopus, instante Causae Postulatore, deputavit in Actuarios ad conscribenda Processus Acta et examina testium recipienda RR. DD. Benedictum Philippum Garneau et Joseph Gignac presbyteros Quebecenses

(1) *Summ. pag. 27. § 4.*

(2) *Ibid. pag. 28. §§ 5. 6.*

(3) *Ibid. pag. 29. §§ 7. 8.*

(4) *Ibid. pag. cit. §§ 8. 10. 11.*

Notarios publicos ecclesiasticos; atque in cursorés ad exequendas citationes aliaque jussa RR. DD. Achillen Figet et Clodoveum Arsenault presbyteros pariter Quebecenses, qui omnes rite juramentum emiserunt (1). Institit denique Rev. Dom. Causae Postulator pro destinatione dierum, horarum, loci audientiae pro testium examinibus, atque exhibitione notulae testium, nec non Articulerum (2). At Fidei Sub-Promotores protestati sunt non esse deveniendum ad testium examina nisi prius super Interrogatoriis, juxta praescriptiones Litterarum Remissorialium, examinentur, praestito prius a Rev. Dom. Postulatore juramento de calumnia: quod ipse rite exequutus est (3).

4. In secunda sessione Rev. Dom. Causae Postulator octo induxit testes omni exceptione majores: duo autem ex officio a Judice vocati sunt. Omnes rite citati et juramento praestito, primum super Interrogatoriis, deinde super Articulis examini subjecti sunt (4). Inquisitum postmodum fuit circa locum sepulchri V. S. D. Francisci de Montmorency Laval (5). Visitatio exinde peracta est aediculae ubi ejus exuviae custodiuntur (6). Tandem a subdelegato Judice lata est Sententia (7).
5. Ex hisce quae exposuimus, quanta diligentia in hujus Processus confectione adhibita fuerit plane inferitur; quae autem tum ex Litteris Eñi ac Rñi Cardinalis Taschereau Archiepiscopi Quebecensis ad Sac. Rit. Congr., tum ex iis subdelegati Judicis, pariterque ex alteris RR. DD. Sub-Promotorum magis magisque apparet (8). Quae cum ita sint, nil aliud superest quam videre utrum ex iis quae gesta

(1) *Summ. pag. 30 § 14 15.*

(2) *Summ. pag. 31 § 16.*

(3) *Summ. pag. cit. § 17, 18.*

(4) *Vide Tabella testium Num. V. pag. 32 et seqq.*

(5) *Summ. pag. 93 et seqq. § 1. ad 11.*

(6) *Summ. pag. 96. § 12, 13.*

(7) *Summ. Num. IX. pag. 97. § 1*

(8) *Summ. Num. VI. pag. 35 et seqq. §§ 1, 2, 3, 4.*

sunt probetur obedientia praestita Decretis sa. me. Urbani VIII, ideoque an a subdelegato Judice lata Sententia V. S. O. confirmationem mereatur: quod mox ostendemus.

DE RELEVANTIA PROCESSUS

6. Quamquam in Apostolico Processu in Quebecensi Archiepiscopali Curia confecto, examinati testes minime dissimulare potuerint nomen ac memoriam Ven. Dei Famuli Francisci de Montmorency Laval primi Episcopi Quebecensis in benedictione esse eundemque maxima sanctitatis fama gaudere, omnes tamen aperte declararunt hanc fidelium observantiam erga ipsum V. D. S. nunquam in publicum ecclesiasticumque cultum degenerasse. Obiit Ven. Episcopus Quebeci die sexta maii anni 1708, atque ingens quidem populi concursu fuit ad ejus funus, sed nullus ea occasione publici vetitique cultus actus supervenit: « Ces concours ont eu lieu parce
« qu'il avait la réputation d'un saint. Dans ces cir-
« constances *il n'y avait aucune manifestation de culte*
« *public en son honneur, mais seulement de témoi-*
« *gnages de grande confiance et vénération* » (1). Ejus exuviae aevo nostro translatae fuerunt, anno nempe 1878, ex Cathedrali Ecclesia in aediculam Seminarii Quebecensis, ab ipso V. S. D. instituti, ubi etiamnum custodiuntur: verum, licet solemnibus admodum ea translatio fuisset, nullum tamen publici ac ecclesiastici cultus signum apparuit. « Ce
« jour la donna occasion à une grande fête reli-
« gieuse, qui *ne donna lieu à aucune culte public* » (2).
7. Hodierna fidelium erga Ven. Dei Famulum devotio privata tantum est: « Cette devotion *se manifeste*
« *privément, sans aucune apparence de culte pu-*
« *blic* » (3). Circa ejus sepulchrum haud extant votivae

(1) *Summ. Cap. I. pag. 47. § 24. - pag. 63 § 62. - pag. 69 § 79 alibique*

(2) *Summ. Cap. II. pag. 70 § 1 - pag. 71 § 2. - pag. 73 § 10. pag. 76 § 19 alibique.*

(3) *Summ. Cap. II. pag. 71 § 3. - pag. 73 § 11. - pag. 82. § 42. alibique.*

tabellae (1); nec ante illud, vel ipsius imagines cerei accenduntur (2). Adsunt V. S. D. imagines, sed absque ullo sanctitatis signo: « aucun portrait, « ny en peinture, ny en sculpture du Ven. Serviteur de Dieu avec des auréoles, des rayons, des gloires, ou des couronnes, ou avec des inscriptions « portant le titre de Bienheureux ou de Saint, ou « quelqu'autre signe indiquant une culte et une « vénération publique » (3). Nunquam autem eae imagines in sacris locis ad publicam venerationem expositae sunt (4).

8. Biographi V. S. D. sancti nomen quandoque ipsi tribuerunt, sed generico tantum sensu: « dans les « sens générale, qui fait qu'on applique ce terme « au personnes d'une vertu éminente (5); et expressly protestati sunt, juxta Decreta Sanctae Sedis, se nequaquam intendere Summi Pontificis infallibile iudicium praevénire: « tous ont soin de déclarer, « qu'en lui donnant ce titre, ils n'entendent pas de « devancer le jugement de l'Eglise » (6). Nunquam denique V. D. S. in Divinis Officiis commemoratur, neque inter Sanctos adnumeratur (7). Uno verbo: nullibi sit quod publicum vetitumque cultura portendat. Testes enim unanimiter concordant nihil fieri in V. S. D. honorem « qui puisse être inter- « preté comme le témoignage d'un culte public, re-

(1) *Summ. Cap. II. pag. 72 § 6. - pag. 74 § 14. - pag. 77 § 23 alibique.*

(2) *Summ. ibid. pag. 73 § 13. - pag. 77 § 22. - pag. 79 § 29 alibique.*

(3) *Summ. ibid. pag. 73 § 12. - pag. 77 § 21. - pag. 79 § 28 alibique.*

(4) *Summ. ibid. pag. 80 § 33. - pag. 82 § 44 alibique.*

(5) *Summ. ibid. pag. 81 § 41.*

(6) *Summ. ibid. pag. 85 § 53. - pag. 89 § 68 alibique.*

(7) *Summ. ibid. pag. 80 § 35. - pag. 82 § 46 alibique.*

« servé aux Saints que l'Eglise a placés sur les
« autels » (1).

8. Neque ullum aequè cultus vestigium inventum est in aedicula ubi V. S. D. exuviae custodiantur, quemadmodum ex judiciali visitatione patuit. Interrogati enim fuerunt duo testes illius custodes, qui sincere deposuerunt nec circa V. S. D. sepulchrum in praedicta aedicula, vel alibi, nunquam aliquid factum esse quod publicum ecclesiasticumque cultum erga eundem redoleat (2). « Sarcophagus Ven. « Servi Dei (uti legitur in sepulchri descriptione) « situs est in Capella publica Seminarii Quebecensis « et proprie sub Choro dictae Capellae in camera « lapideis fornicibus vineta ad hoc specialiter cre- « eta, cujus janua maceria obstruitur: trium pedum « est latitudo hujus camerae; quatuor pedum cum « dimidio altitudo, et undecim pedum longitudo. « *Nulla nunc temporis extat inscriptio* » (3). Iudex autem cum Sub-Promotoribus, omnibus diligenter inspectis in ea Capella atque in Sacratio, recognoverunt « neque in Capella neque in Sacratio extare « statuas et picturas dicti Servi Dei, neque tabel- « las votivas, donaria, lampades, cereos, inscriptio- « nes, epitaphia quae cultum redoleant, nec quid- « quam reperiri quod publicum cultum et venera- « tionem erga dictum Dei Servum quolibet modo « praeserferat, neque ullum indicium esse quod an- « teacto tempore cultus publici et ecclesiastici ar- « gumentum extitisse demonstrat » (4).
9. Quae cum ita se habeant, jure merito subdelegatus Iudex a Quebecensi Archiepiscopo, omnibus consideratis atque perpensis, suam edidit Sententiam nihil scilicet actum esse vel agi contra praescriptum et formam Decretorum sa. me. Urbani Papae VIII. circa publicum vetitumque cultum qui V. D. S. Francisco de Montmorency Laval minime praestatur:

(1) *Summ. ibid. pag. cit. § 42. - pag. 85 § 54. - pag. 89 § 68 alibique.*

(2) *Summ. Num. VIII. pag. 94 § 5 - pag. 95 § 8.*

(3) *Summ. pag. 96 § 12.*

(4) *Summ. pag. cit. § 13.*

« Definitive sententiamus nec circa sepulchrum seu
 « tumulum, nec alibi circa reliquias, imagines alias-
 « que memorias dicti Ven. Servi Dei quidquid re-
 « periri quod publicum vetitumque cultum quoquo
 « modo praeseferat, aut quomodocumque non sit
 « ad formam dictorum Decretorum, *sed iisdem fuis-*
 « *se et esse sufficienter satisfactum et praestitam ob-*
 « *dientiam* » (1).

10. Hanc itaque Sententiam ad juris trames prolatam a Sacro Vestro Ordine confirmatum iri confidimus, propitio edito rescripto propositi dubii formulae; quemadmodum una cum Causae Postulatore solertissimo Rev. P. Xaverio Cazenave Proc. Gener. Parisiensis Seminarii Missionum ad externos obsequentissime efflagitamus.

Quare etc.

ANGELUS MARIANI

(1) *Summ. Num. LX. pag. 97 § 1.*

REVISA

GUSTAVUS Adv. PERSIANI

S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor.

